

Mammini, Luigi. Missam et psalmos dominicales cum antiphona Salve Regina quinis melodice vocibus . . . Bologna, Giacomo Monti. 1678. RISM M263.

**Title:**

MISSAM, ET PSALMOS  
DOMINICALES  
CVM ANTIPHONA SALVE REGINA  
Quinis melodice vocibus inferuientes, laborum fuorum  
primitias in lucem exeuntis sub auspiciatissima  
vmbra collocat  
*ILLVSTRIS. ET REVERENDIS. D.*  
D. CAROLI FRANCISCI  
AYROLDI  
Comitis Leuci, Domini Villarum Bellasij, Abbatis SS. Petri, & Pauli  
Viboldoni, & S. Abundij in Agro Cremonen. Episcopi S.D.N. Assistentis,  
Edeffæ Archiepiscopi, & apud Serenifs. Venetam Remp. Summi  
Pontificis Nuntij.  
*ALOYSIVS MAMMINVS*  
In Cathedrali Cremonenfi Muficæ Præfêctus.  
[Escutcheon of dedicatee]

---

Bononiæ Typis Iacobi Montij. 1678. Speriorum permiffu.

**Dedication:**

[page 1]

Illuftriffimo, & Reuerendiffimo Antiftiti | D. CAROLO FRANCISCO | AYROLDO. |  
*ALOYSIVS MAMMINVS* | Seruus Obftriçtiffimus, felicitatem, & honorum incrementa. |  
[orn.] |

VOti reus vota tandem perfoluo Illuftriffime | Præful. Prodit in lucem mei fœtus ingenij, |  
& eo libentiùs prodit, quod lucem, quam | Auçtor negauit, Auspiciis virtus concedit. |  
Tuum eft quidquid ego enitar; quippe iam | pridem cum tuo manciparer obfequio, ea  
etiam immerenti | contulifti, quæ vix fperare potuiſſem. At quando cætera | deeffent  
nomina, tua virtus, qua optimis artibus femper te | Mæcenatem præftitifti, me adigerent vt  
hæc nomini facra-|rem tuo. Muficam fateor, feriatorum hominum artem ef-|fe, & nihil  
agentium vt criminantur nonnulli, qui cenfo-|rio nimium fuper cilio feueri omnem animi  
remiffionem af-|pernantur. At fi Cenfor ipfe Cato hanc non illaudandam | duxit: Si  
Achillis manibus canoras fides aptauit Homerus: | Si Gregorius Pontifex inter aduerfæ  
valetudinis Ianiatus | puerorum Cantus moderabatur, & Regius Pfaltes grauior-|res |

[page 2]

res curas dulci mulcebat barbitio; nec tibi, Præful Amplif-|fime, graue futurum cenſeo has  
muficæ notas tuis dignari manibus; cum enim egeras, quæ omnium linguis funt di-|gna,  
Mufæ omnes gaudent fuos tibi cantus deferre, vt or-|nentur potius, quam ornent. Optimè  
fcilicet concinit tua-|rum virtutum concentus Mufica, & voces certis legibus | temperatæ

animum decent numquam æquitatis legibus aber-|rantem. Quà studiorum ratione literas Adolescentulus co-|luisisti, easque post assiduus iuuentutis labores maturam inter |ætatem, & difficiliora rerum publicarum negotia semper | es amplexatus, quibus apprimè instructus cuicumque mune-|ri parem animum attulisti; eadem spero non minus præsidij | Muficis elucubrationibus te prætiturum esse; quippe Nu-|men idem, quod præest literis, præest, & Muficæ: Si Mu-|fas deperis, & Muficam depereas necesse est. Siuè politio-|res disciplinas, siue harmonicos concentus foueas, idem sem-|per eris Apollo. Quodsi Ecclesiastico Cælo pluribus in | locis sic adfuisisti, vt plura tuo regerentur auspicio, hæc | Muficæ opuscula non dedignaberis, quoniam, & Pythago-|ras in æthereis orbibus suaue melos deprehendit, & Pla-|to Spiritus Cælorum motores Sirenas vocat. Quid cum | a Romano Hierarcha Clemente Nono ad vniuersos Eu-|ropæ Principes Orator missus, ita omnium animos tua | morum suauitate, prudentia, & consilio occupasti, vt illi-|co obsequentes Pontifici, vno fœdere, & viribus vnis expo-|ditionem parauerint in Thracem, periclitanti Cretæ sup-|petias allaturi, an tot inter gentium discordes animos præ-|ftan-

[page 3]

stantius concordis harmoniæ melos non reddidisti, quam | quod ex dissimili modulantium voce elicit Symphoniarcha? Pluribus strenue defunctus muneribus, post Etru-|scam Prouinciam, hoc tempore rem Romanam, & Ortho-|doxam Religionem Pontificis nomine curas Venetijs, incli-|ta in vrbe plurimarum urbium, Regnorumque Domina, | quam domestica trophæa, & relata concisis hostibus spo-|lia reddunt insignem, non tam Populo, quam Amplifsi-|mo Ordini tua morum integritate gratissimus, & ita cu-|ras, vt omnia ad Catholicæ fidei dirigas incrementum, vt | quæcumque mediteris, supremi Numinis cultum, & Chri-|stiani Orbis fælicitatem promoueant. Quamobrem tuo ti-|bi iure vendicas hocce Psalmodiæ modulos, quibus & lau-|des Deo persoluimus, & animi excitantur ad pietatem. | Quod si orientem Solem canoris vocibus salutant volucres, | ego etiam prodeunti nostris in terris Soli cantu salutem pre-|cor. At videor vera tantummodo dare. Fateor; quid | enim præter vocem donare potest Symphoniarcha? Verum | si vox non mendax est animi index, totum animum donat, | qui vocem donat. Vale. |

### Laudatory Poems:

[page 1]

*Per allusionem ad Aquilam gentilitiam*  
Illustrissimi, & Reuerendissimi  
DOMINI CAROLI FRANCISCI AYROLDI.

#### *EPIGRAMMA.*

ALigeri Regina Chori, Iouis ales adepto.  
Fallor; Francisci, non Iouis adfit auis.

Adfit auis: feret ipsa meæ modulamina vocis;  
Non auim indociles hos ego ferre modos.

Quæ tulit arma Ioui, poterit quoque carmina ferre;  
Est magis acceptum fulmine carmen Aui.

Effe meæ malè grata quidem modulamina vocis  
 Nofco: fed gratus qui feret, Ales erit.

*In idem Argumentum.*  
 EPIGRAMMA.

HÆc tibi compofito modulatur tibia verfu;  
 Cui refonat plenis nuncia fama tubis.

Te decorat latio volucris famulata Tonanti;  
 Sic Aquilas cantu conciliabit Oler.

Ad

[page 2]

Ad eundem Illuftriffimum, & Reuerendifs. D.  
 D. CAROLVM FRANCISCVM  
 AYROLDVM.  
 [orn.]

*EPIGRAMMA.*

QVod facrum tenui carmen modulabar auena,  
 Hoc, Ayrolde, tibi mens benè fuada facrat.

Hoc tibi fi placeat; Lydorum haud horreo Regis  
 Fata, nec aduerfo iudice, Phœbe, canam.

Hinc aberit triftis liuor; mea carmina cunêtis  
 Vt placeant, fat erit poſſe placere tibi.  
 [orn.]

[page 3]

[orn.]  
 Aliud.

ACCipe virtutum concentu mixta tuarum  
 Carmina, dulciloquo quæ recinenda melos.

Cui parat ingenium quondam præconia vatum,  
 Mufa facros donat relligiofa modos.

Accipe; ne Iæuo modulentur Apolline pleçtra, /  
 Tu legeris noſtræ tutor Apollo Lyræ.  
 [orn.]

**Index:**

## TAVOLA.

## MESSA.

Domine ad adiuuandum.

Dixit Dominus.

Confitebor.

Beatus vir.

Laudate pueri.

Laudate Dominum.

In exitu.

Magnificat.

Salve Regina.

IL FINE.

[orn.]

**Contents:**

Messa

Domine ad adiuuandum

Dixit Dominus Primi Toni [all verses]

Confitebor tibi Secundi Toni [all verses]

Beatus vir Tertij Toni [all verses]

Laudate pueri Quarti Toni [all verses]

Laudate Dominum Quinti Toni Sine intonatione [all verses]

In exitu Ifrael Mixti Toni [all verses]

Magnificat Quinti Toni [all verses]

Salve Regina A cinque voci concertati

**Part-books:**

|                 |                                   |       |             |                  |        |
|-----------------|-----------------------------------|-------|-------------|------------------|--------|
| Cantus.         | A-D <sup>4</sup> , E <sup>6</sup> | 44pp. | Dedication. | Laudatory Poems. | Index. |
| Altus.          | A-D <sup>4</sup> , E <sup>6</sup> | 44pp. | Dedication. | Laudatory Poems. | Index. |
| Tenor Primus.   | A-D <sup>4</sup> , E <sup>6</sup> | 44pp. | Dedication. | Laudatory Poems. | Index. |
| Tenor Secundus. | A-E <sup>4</sup>                  | 40pp. | Dedication. | Laudatory Poems. | Index. |
| Bassus.         | A-E <sup>4</sup>                  | 40pp. | Dedication. | Laudatory Poems. | Index. |
| Organum.        | A-C <sup>4</sup> , D <sup>6</sup> | 36pp. | Dedication. | Laudatory Poems. | Index. |

**Remarks:**Quarto format. Copies consulted: **I**-Bc; **M**-MDca. RISM M263.